




S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI

DE CONTENTIONIBUS ET PLACITIS ARIANORUM SEN

COMMENTATIO HISTORICO-DOGMATICA,


QUAM EX INDICE LECTIONUM LYCEI REGII HOS

DENUO EDENDAM

CURAVIT

LIC. J. MARQUARDT,

PROF. PUBL. EXTRAORD.



BRUNSBERGAE, 1881.

TYPIS HEYNEANIS.

Praefatio.

Mirari vos opinor, commilitones humanissimi, quid sit, quod a proposita vobis in indice le per hiemem MDCCCLXXVII institutarum materia declinaverim et aliud prorsus ac tum promi catechesibus s. Cyrilli dogma nunc eruendum statuerim. Quam enim ibi illustrare coepi ca Hierosolymitani de baptismo, chrismate, eucharistia doctrinam quum commentatione una c terminis circumscripta minima ex parte absolvere possem, reliquas particulas me vobis eadem tunitate suo tempore redeunte exhibiturum esse promisi, ut quod hoc loco aggressus essem, loco perficerem. Numquid fortasse a proposito deflexi? An animus viresque ceciderunt in m illis tam gravibus tractandis? Absit utrumque. Immo potius id, quod peculiari amore institui, s marum rerum studium et retinui totaque mente colui; sed quo diutius in eo versatus sum, eo magisque adductus sum, ut illa, quae initio singulis iisdemque disjunctis commentationibus tr proposueram Cyrillo interprete mysteria, denique digna esse putarem, de quibus solidum et co opusculum componerem. Quod quum statutum habeam cum animo et deliberatum quumque li temporibus quidem remissum et intermissum, tamen brevi me ad finem perducturum esse sperem me ad aliud doctrinae Cyrillianae caput, quod quale sit, jam titulus hujus indicis aperuit. Hoc ut eligerem, facile animum movit illorum temporum, quorum Cyrillus aequalis fuit, condicio.

Quisquis enim historiam ecclesiasticam vel celeriter percurrerit, non poterit ignorare, temporibus, quibus Cyrillus presbyter mandatu Maximi episcopi munere catechetico fun (c. 347 s. 348), ecclesiam procellis tam vehementibus esse jactatam, quibus haud scio an nunqua turbaverint vehementiores. Ario quidem haeretico cum episcopis ei addictis a patribus concilii (325) damnato et vera de trinitate doctrina accuratissime definita, tamen tantum aberat, ut a tempestatibus conquiesceret et exoptata pace frueretur, ut nunc ii, qui Ario et impiae ejus favebant, cujusvis factionis socii Eusebio utroque quum Caesariensi tum vero maxime Nicom duce cum Arianis adversus Athanasium et Eustathium ceterosque, qui illa aetate exstiterunt, stantialitatis propugnatores tum palam et aperte starent, tum dolis atque artibus, quascunque possent, moverent causas et calumnias. Quibus quum plus justo faciles ab imperatoribus praeb aures, depositione, exsilio, aliis poenis orthodoxi vexantur episcopi, ipsisque in urbibus, ubi pulsorum sedes vi et armis subrogantur episcopi haeretici aut veteres catholici principum fav auctoritate conciliorum pulsis illis pristinas sedes recuperant, domesticae oriuntur seditiones. Q tristissimum hoc episcoporum discidium pervenerat, id magna cum offensione populi christiani m apparuit in synodo Sardicensi paucis annis ante, quam Cyrillus catecheses habuit, utriusque imp et occidentis et orientis consensu convocata (343—344). Ubi quum Eusebiani catholicos et et auctoritate superiores invenissent, turbulenta fuga Philippopolim se receperunt ad proprium co

randum, ita ut jam duo concilia existerent, quae mutuo anathemate se inquinarent literisque licis ad omnes orbis episcopos datis gravissima alterum alteri crimina inferrent: Sardicenses ppopolitanos haeresis Arianae, Philippopolitani Sardicenses Sabellianae, factarum caedium et ırum utrique alteros condemnant. Auxit praeterea et aluit has tempestates et contentiones duplex quae tum temporis maxime animos movit et excitavit, de vocibus *ὁμοούσιος* et *ὑπόστασις* roversia.

Quid his de turbis et controversiis Cyrillus cogitaverit quasve partes secutus sit, operae pretium mus diligentius examinare; tantoque religiosius et accuratius haec quaestio nobis excutienda esse tur, quanto minus et veteres et recentiores de ea scripserunt congruentia. Alii enim Cyrillum ab initio justam synodi Nicaenae, Athanasii, ceterorum ecclesiae defensorum causam amplexum [1]), alii impia adversariorum studia et placita probasse vel saltem nonnunquam in utramque partem llasse[2]), alii primum neutri parti se adjunxisse, postea ad catholicos transiisse[3]) referunt. — Quo .us rem illustrem, ita disponam et absolvam, ut primum quid de tempestatibus et contentionibus esiasticis in universum senserit, deinde quid de trinitate et praesertim de divinitate filii (et spiritus s.) maxime disceptata docuerit, accuratius exponam.

Caput primum.

S. Cyrilli de contentionibus Arianorum sententia.

1. Quum Cyrillus eo tempore, quo catecheses dixit, novus esset presbyter triginta fere annorum Maximo praesule ordinatus eidemque ita probatus, ut ad catechumenos, qui proxime abessent ab ciatione, ei liceret orationes habere catecheticas, jam par est exspectare, eum non propriam, sed ım a Maximo episcopo accepit quamque in ecclesia Hierosolymitana et tota fere Palaestina comnem invenit de rebus ecclesiasticis sententiam secutum esse et in catechesibus aperuisse. Quis ım crediderit, juvenem presbyterum, cujus fidei episcopus maximum illud catechetae munus mandarat, de gravissimis ecclesiae turbis et contentionibus aliter sensisse ac praesulem? Atqui Maximus

---

[1]) Theodoret. H. E. II. 26: „*Κύριλλος . . . τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων προθύμως ὑπερμαχῶν.*“ — eophanes, Chronogr. p. 34. Ed. Par. 1655 (Ed. J. Classen I, 62). — Nicephorus Callistus, H. E. IX, 46: „*Κύριλλος ῆς τῷ ὁμοουσίῳ στοιχοῦσιν ἐξ ἀρχῆς εἵπετο*“. — Tillemont (à Bruxelles 1732) p. 343: „Les écrits, que nous ns de s. Cyrille, le justifient tout à fait.“

[2]) Hieronymus in Chronico ad annum 349 (p. 183), qui quidem nostra aera numerandus est 350: „Post quem Maximum) ecclesiam Ariani invadunt, i. e. Cyrillus, Eutychius, rursum Cyrillus“ etc. — Rufinus, H. E. I, 23: „Hieroymis Cyrillus post Maximum aliquando in fide, saepius in communione variabat“. — Socrates, H. E. V, 8: „*Συνῆλθον ν* (sc. ad concilium Constant. 381—382) *τῆς μὲν ὁμοουσίου πίστεως, ἐκ μὲν Ἀλεξανδρείας Τιμόθεος, ἐκ δὲ ροσολύμων Κύριλλος, τότε ἐκ μεταμελείας τῷ ὁμοουσίῳ προςκείμενος*“. Idem narrat Sozomenus H. E. VII, 7. — nscher, Dogm. Gesch. 3. Aufl. I, p. 217: „Andere, wie Cyrillus v. Jerus., wollten wenigstens das Wort *ὁμοούσιος* nicht ehmen“; quare non dubitat, Cyrillum in Semiarianos annumerare. — Hagenbach, Lehrb. der Dogm. Gesch. I, p. 261: yrill v. Jer. trat von der eusebianischen Partei zur nicäischen über“.

[3]) Hefele, Concil. Gesch. I. p. 712. II. 5. 39. — Schwane, Dogm. Gesch. II. p. 162 sqq.

Hierosolymitanus ut multi alii iidemque sancti episcopi ab Eusebianis delusus concilio Tyr Eusebiani simulato recti ordinis et pacis ecclesiasticae studio contra Athanasium coegerant cum reliquis Palaestinae episcopis interfuit. Teste enim Rufino[4]) in hoc concilio evenit, ut P Aegyptius, quum Maximum ibi inter adversarios Athanasii vidisset pro nimia sua simplicit fraudis et vitii de iis suspicantem, prehensum manu e consessu duxerit et singulis de rebu institutum perpetua communione cum Athanasio sociaverit. Idem post decretam et pronunt synodo Athanasii damnationem factum esse, narrat Sozomenus[5]) neque obscure indicat, Maxim improbasse; de conciliata autem ab eo cum Athanasio amicitia tacet. Quibus in synodo Ty quum Maximus et ceteri, qui ibi fuerant, episcopi Hierosolyma se conferrent concilium ad dedi Basilicae Resurrectionis celebraturi, quis non scire cuperet, qualem ille in hoc se concilio ubi Eusebiani jam ausi sunt Arianos sine poenitentia in ecclesiam recipere? Utrum temera et injusto facinori se opposuerit, an fieri passus sit, quod impedire non potuit, quin fieret quum utrumque incertum neque illud ab ullo scriptore traditum sit, num ei probata fuerin contra Marcellum Ancyranum, fortissimum consubstantialitatis defensorem, ab Eusebianis et in solymitano[6]) et aliis conciliis[7]) decreta sunt, nolo conjecturis supplere. Quamquam magis animus, ut arbitrer, omnia a concilio Hierosolymitano pro Arianis et contra Marcellum decreta episcopo magis minusve accepta et in ecclesia Hierosolymitana promulgata fuisse; hinc enim esse videtur, ut Cyrillus, optimus meo judicio Maximi interpres, quamvis haeresim Arianam atque iterum acerrime impugnet, nusquam tamen Arianos nomine appellet, Marcelli vero do licet hujus quoque nomini parcat, non dubitet „novissimum draconis caput" vocare, „quod in increverit" (cat. 15, 27). Hoc autem constat, convocato ad Encaenia ecclesiae Antiochenae Maximum dedita opera abfuisse, poenitentia ductum[8]), quod fraude deceptus eorum, qui Ath ejecerant episcopatu, sententiae suffragatus esset. Nec aliis postea sive Eusebianorum sive orthod conciliis, nec Philippopolitanae nec Sardicensi synodo interfuisse videtur.

2. Utut res se habet, illud certum videtur, Maximum cum aliis episcopis Palaestinae concilio Tyrio vel postea vi compulsum aliquid in nomen Athanasii subscribendo commisisse. enim Athanasius[9]), quum ipse a. 349 Palaestinam pertransiret, omnes hujus terrae episcopos, (Acacio Caesariensi et Patrophilo Scythopolitano) vel tribus exceptis, Hierosolymis cum concilium celebrantes ita Athanasium ejusque communionem amplexos esse, ut literis se exc „quod ea, quae antea scripsissent, non ex animo vereque, sed vi coacti fecissent." Quorum fuit Maximus, cujus nomen etiam in literis, quas ad episcopos Aegyptios et ecclesiam Alexa de felici reditu Athanasii et recepta a Palaestinis cum ipso gratissima communione miserunt, loco habetur[10]). Quare Maximus etiam a Socrate[11]) tum „Athanasio communionem et dig reddidisse" dicitur. Eodem tempore factum esse existimo, ut iidem episcopi, numero qui synodicae ad totius ecclesiae catholicae episcopos et decretorum Sardicensium fautores datae e

[4]) H. E. I, 17.
[5]) L. c. II, 23.
[6]) Cf. Sozom. II, 27. 33. Socrat. I, 36. Rufin. I. 11. Hefele l. c. I, p. 471.
[7]) Sc. conciliis Constantinopoli annis 335, 338 (339), Alexandriae 339, Romae 341 habitis. Cf. Hefele l. c.
[8]) Sozom. III, 8. Socrat. II, 8.
[9]) Hist. Arian. ad mon. n. 25. opp. I. p. 355 M.
[10]) Athanas. apol. c. Arian. n. 57. l. c. p. 175.
[11]) II. 24.

scripserint[12]), id quod testimonio Socratis[13]) confirmari videtur, qui Maximum ait ab Athanasio de odi Sardicensis decretis certiorem factum esse. Sed ante haec tempora Maximus, nulla cum Athanasio amunione publica conjunctus et Eusebianorum artes ac dolos detestatus, utriusque partis studia et cilia repudiasse et haeresium contrariarum vitiorumque, quorum pars altera alteram accusabat, tasse de utraque aliquid suspicatus, se tamquam medium nec in alterius favorem inclinatum praebuisse etur. Quapropter Philostorgius[14]) Maximum in eorum numero ponit, qui primum a consubstantialitate mi postea ad sententiam Athanasii declinarunt.

3. Quod supra verisimillimum putavimus, presbyterum de rebus ecclesiae gravissimis iisdemque tissimis cum praesule consensisse, id nobis re vera comprobatur. In ista enim sententia, qua ximum fuisse scimus, fuit etiam Cyrillus. Tum de Eusebianorum dolis atque fraudibus, tum de justa tis Athanasianae causa non satis edoctus, neutri parti magis addictus, sed in utramque odii fraterni haeresis occultae suspicionem quandam cadere ratus ipse se inter pugnantia et contraria episcoporum ecclesiarum studia et dogmata quasi quendam medium se tenuit, auditores vero jussit iis minime turbari, quae jam pridem Christus proximi Antichristi adventus signa praedixerit. „Si audieris", uit, „episcopos adversus episcopos et clericos adversus clericos et populos adversus populos ad guinem usque grassari, ne perturberis; praedictum enim antea est in scripturis. Ne his, quae nunc it, sed iis, quae scripta sunt, animum attende (Matth. 24, 10, 12). Si in apostolis deprehensa est ditio, quid miraris, quod in episcopis quoque odium fraternum inveniatur" (cat. 15, 7). Distracta et misere afflicta ecclesia, quum ipse contentiones ut qui maxime aversaretur, „schismata haec scoporum, clericorum, nationum ab ipso diabolo praeparata" (cat. 15, 9) et „mutuum fratrum odium" itopere abhorruit (cat. 15, 18), ut catechumenos non posset non admonere, ne vel ipsius magistri, illorum particeps fieret, exemplum et auctoritatem sequerentur. „Neque enim si ego, qui te doceo, ream, tu una mecum pereas; sed fas est, auditorem magistro meliorem fieri et eum, qui novissimus nit, priorem effici" (cat. 15, 7). — Non dubitare possumus, quin Cyrillus his locis tristissimas illas bas et seditiones respiciat, quas inter catholicos et Eusebianos hoc tempore exortas jam supra brevi scripsimus. Damnatis enim et pulsis e sedibus suis modo hujus modo illius partis nobilissimis iscopis et aliis substitutis, non solum episcopatus, sed etiam clerus populusque christianus, alio unde stante, in duas partes divisus infestusque in fratres animus excitatus caedesque multae in urbibus tae sunt. — Quod autem Cyrillus in hoc discidio eorum, qui pro ordine et dogmate ecclesiastico endo discrimini se dederunt, justitiam et innocentiam non magis perspectam habuit, quam Eusebianorum los et calumnias, et utrosque, tum calumniatores ecclesiae fidem et causam oppugnantes tum defensores clesiae calumnias passos, uno fere loco et ordine posuit, id quidem maxime dolendum, minus tamen rum videtur nobis, qui temporum illorum iniquitatem calamitatemque cognoverimus. An forte Cyrillo cile fuit, astutam Eusebianorum fallaciam et contortas difficilesque, quas cum orthodoxis faciebant, ntentiones penitus perspicere? Licet Eusebiani Arianorum placita et studia alius magis alio probarent, men haeresim sub vocibus dubiis et quasi duplicibus, quae et in catholicam et in haereticam ntentiam accipi possent, caute abdiderunt neque palam aperuerunt nisi post aliquot annos[15]). iapropter etiam catholicos minus de divinitate Christi defensata quam ficta Sabellianismi criminatione t variis calumniis ad mores pertinentibus impugnabant, quas quidem tam atroces et captiosas fuisse

---

12) Athanas. l. c. n. 50. p. 169. Eadem enim sunt episcoporum nomina eodemque fere ordine scripta, nisi quod 50 deest Macrini nomen et qui n. 57 Theodorus appellatur, hic Theodosius dicitur.

13) L. c. 14) H. E. III, 12.

15) In conc. Mediolan. a. 355 et potissimum Sirmiensi a. 357.

scimus, ut eos, in quos conferebantur, episcopos catholicos prorsus innocentes esse, non crediderint. Accedit, quod Cyrillus paucis ante annis utriusque concilii et Sardicensis et Philipp episcopos inter se acerrimis literis et accusationibus pugnare viderat, quibus vel optimus quis rem penitus non noverat, facile offendi et ab utrisque abalienari posset. Quae tamen on tantum valuerunt, ut ipse se sicut ceteri fere in oriente et Syria societati Eusebianae ipsius im gratia et auctoritate sustentatae adjungeret, sed in ea et haeresis Arianae patrocinium et inin fratres animum detestatus est.

4. Jam vero si de causa et origine ecclesiasticae hujus perturbationis quaesieris, vehementissima illa ecclesiarum et populorum certamina a variis et contrariis haeresibus, quas foverent, nata existimabat. Commemorans enim vaticinium illud spiritus sancti, „quod in n diebus discedent quidam a fide“ (1 Tim. 4, 1): „Hoc“, inquit, „non in praeteritis tantum, s in nostri temporis schismatis videmus, quum varius et multiplex haereticorum error depreh (cat. 17, 33). Qualis vero ab eo intelligatur haec multiplex haeresis, id optime apparet ex 9, ubi generalem a fide defectionem, quam Paulus Antichristi adventui proxime antecessur dixerit, jam adesse monens ita pergit: „Defecerunt homines a recta fide. Et alii quid paternitatem (υἱοπατορίαν) profitentur, alii vero Christum ex non exstantibus (ἐξ οὐκ ὄντων) perductum dicere audent. Et prius quidem conspicui erant haeretici, nunc autem tectis h plena est ecclesia.“ — Duas illas haereses, quas Cyrillus hoc loco impugnat, quamvis nomin alteram esse Arianam, Sabellianam alteram, non opus est disputatione. Sed ii, qui illis se obstri quinam tandem fuerunt? Quod tectos et in ecclesia latentes vocat, quos supra commemoravit ha argumento esse mihi videtur, eum de primis et publicis Arianis et Sabellianis non loqui. Na haeresim palam et aperte profitentes eo tempore pauci et a concilio Nicaeno damnati exque ejecti, licet occultum apud Eusebianos patrocinium invenirent, ab omnibus tamen com ecclesiasticae expertes habebantur. Eusebianos igitur hic proprie notare videtur, qui c communione ecclesiastica fruebantur. Multo etiam minus Sabellianos illa aetate exstitisse legi aut propriam ab ecclesia divisam sectam aut occultam in ecclesia factionem constituerint. N igitur filio-paternitatem in ecclesia profitentes deprehendere potuit nisi vel Marcellum Ancyr Photinum Sirmiensem, certos ex Cyrilli omniumque orientalium sententia haereticos[16]), vel e mihi quidem videtur, nonnullos alios catholicae partis socios, quos cum Marcello et Photin Eusebianos consubstantialitatem filii ita defendisse forsitan putaverit, ut a Sabellianis jam nihil viderentur. Certe Marcelliani ecclesiam non replebant sicut Eusebiani, nisi eos, qui M tuebantur et adjuvabant, consubstantialitatis defensores una cum illis conjunxeris. Cujus sententiae Cyrillus etiam alio loco fidem facit, ubi oppositas Sabellianorum et Arianorum rejiciens suam de filio dei fidem in hunc modum pronuntiat: „Deus verus est filius, habens in patrem, non in patrem mutatus; non enim pater homo factus est, sed filius; dicatur enin veritas“ (cat. 11, 14). Num quaeso tanta vi et libertate in oratione Cyrillo opus fuisset, s tantum petiisset Marcellianos? Sed alii Sabelliani illa aetate vel nulli exstitere vel perquam p

---

[16]) Marcellum impugnat Cyrillus cat. 15, 27 verbis his: „Quodsi forte aliquem audieris dicentem, fore ut fin Christi regnum, hanc haeresim execrare . . . Ausus est quidam dicere, post mundi finem regnaturum non esse Chri pronuntiare veritus est, quod *verbum ipsum in patrem resolutum amplius non erit*“. Cf. cat. 15, 9. — Ceterum de disceptatio vix ad finem perducta est. Orientales omnes fere haeresis Sabellianae eum accusant; alii in alias distrahuntur. Natalis Alexander, Montfaucon, Möhler orthodoxiam ejus tuentur; Hefele (l. c. I. p. 456) difficile certum de eo judicium ferre. Sed ab omni haeresis suspicione vix quisquam eum exsolverit. Vid. novas inquis Marcello a Dornero, Döllingero, Theod. Zahn, Schwane (l. c. p. 176) institutas.

ndi, nisi inter eos numerantur, qui Marcelli partes secuti hunc contra Eusebianos ab haeresi lliana defendebant.

5. Ex hoc nimio metu haeresis Sabellianae, quam de illis vel de aliqua eorum parte suspicatus minus repudiavit quam impia placita Arianorum, etiam repetendum esse existimo, quod Cyrillus de quibus catholicos inter et Eusebianos maxima controversia agebatur, vocibus *ὁμοούσιος* et *ταισις* (*εις*) in catechesibus nondum usus est[17]). Nam quamquam defensores consubstantialitatis tuebantur nisi fidem catholicam a concilio Nicaeno definitam, tamen orientalibus haec vox propter as et sinistras, quas nonnulli ei subjecerunt, sententias suspiciosa videbatur. Aliter enim jam antea interpretatus erat Paulus Samosatenus, aliter eam illi acceperunt, quos Hilarius scribit[18]) *ὁμοούσιον* is impie quam pie dixisse, aliter Marcellus Ancyranus, qui in ea defendenda usque eo pervenerat, b haeresi Sabelliana quam proxime abesse videretur. Quem quum Eusebiani in eadem causa cum anasio conjunctum et catholicorum gratia et auxilio sustentatum eorumque conciliis iterum ac saepius olutum viderent, eo aptiorem ansam se nactos esse putabant ad ceteros consubstantialitatis pugnatores ejusdem haeresis accusandos[19]). — Quod autem ad alteram vocem, *ὑπόστασιν* dico, net, Athanasius et qui ex partibus ejus erant episcopi orthodoxi illo tempore plerumque *μίαν στασιν* in trinitate profitebantur, Eusebiani vero *τρεῖς ὑποστάσεις*. Utraque sententia, ut nemo videt, salva fide proferri potest, *ὑπόστασις* modo illic naturam, hic personam significet; qua nificatione permutata, utraque rejicienda est. Nam qui in illa *ὑπόστασιν* idem intelligi vult ac sonam, non solum nullum naturae, sed ne personarum quidem numerum et discrimen in trinitate nittit; in hac qui naturam (seu essentiam, substantiam) substituit, non solum tres personas, sed m tres naturas profitetur, aliam substantiam alii personae attribuens. Illud a Sabellianis, hoc ab anis factum esse novimus: utrique duplicem hujus vocabuli vim ita in usum suum verterunt, ut, one verborum habita, inter prava eorum eademque contraria placita et inter fidem ecclesiasticam il videretur interesse[20]). Nihil igitur nobis mirandum est, quod Cyrillus illas voces, quas haeretici duas pluresve malas partes acceperunt, quamvis nusquam reprehenderit, tamen suspectas habuit ue in catechesibus ad initiandos habitis ad explicandam de trinitate fidem ecclesiasticam neas judicavit.

---

17) Insignis de hujus temporis angustiis, quae optimum tum quemque de notione vocum dogmaticarum dubium passim erent, locus est s. Hilarii in II. de trinitate ad Constantium Augustum l. II. c. 4. 5 (Ed. Maur. p. 1227).

18) De synodis cap. 67.

19) Cf. Epist. Conc. Philipp. ap. Hil. fragm. III. p. 1314 sqq. Ed. Maur. ap. eundem Hil. de trinit. l. X. et Socrat. 3. Basil. epist. CXXXIX (al. X) et epist. LXIX c. 2 (al. LII).

20) Quantopere haec controversia animos excitaverit, legimus apud Basilium epist. CCXIV. (al. CCCXLIV), qui eam it locum dedisse schismati Antiocheno (cf. Möhler, Athanasius II. p. 237 sq). Idem unius hypostasis professione ellianismum ait renovari (epist. CCX al. LXIV), unam hypostasin a Sabellio et a Marcello Ancyrano dictam esse (epist. IV. epist. CCLXIII al. LXXIV); quapropter non solum Epiphanium laudat, quod scripsisset, tres hypostases confitendas (epist. CCLVIII al. CCCXXV), sed etiam ipse cum Gregorio Nysseno eam loquendi rationem secutus est, ut *οὐσία* divina natura, *ὑπόστασις* de divinis personis diceretur (epist. CCXXXVI). Quam quidem sententiam ipse Athanasius Eusebius Vercellensis aliique patres synodi Alexandrinae (a. 362) acceperunt (cf. Athanas. tom. ad Antiochen. c. 5 et 1). Quamquam qui multo ante scripsit Cyrillus trium hypostasium professione abstinuit, Arianismum forte in ea re suspicatus. — De praetermissa autem a Cyrillo in catechesibus voce *ὁμοούσιος* Theophanes (l. c.) dicit haec: cem *ὁμοούσιος* plurimorum aures adhuc offendentem et adversariorum controversiis a sacro baptismate deterrim ignaros catechumenos praeterire decebat, et notionem illius vocis vocabulis idem significantibus clarius exprimere; d quidem a beato Cyrillo factum est, qui publicatam Nicaeae fidem ad verbum interpretatus deum verum de deo praedicavit".

6. Sed de hoc satis metuoque, ne nimium putet lector. Abunde enim s. Cyrilli catech contentionibus et controversiis ecclesiasticis sententiam eruisse et explicasse mihi videor. Nonn supra suspicati sumus, Cyrillum de iis sine dubio cum Maximo praesule consensisse, inquisitio confirmavit? Si autem ita res se habet, ne illud quidem dubitari potest, quin Maximum episcopum ad partes Athanasii transeuntem etiam Cyrillus presbyter secutus sit et ea, quae a synodo Hierosoly in Athanasii gratiam supra commemoravimus facta et decreta, ipse suo assensu vel potius sua pra comprobaverit. — Quod ut melius doceam, historiae sequor vestigia. Primum igitur antiqua disciplina in ecclesia Romana, Alexandrina, Antiochena servata, ut ad concilia provincialia un urbis, ubi concilium habebatur, episcopo ejusdem et presbyteri et diaconi admitterentur. Quod ceteris licebat, quanto verisimilius Cyrillo, praestantissimo illi et primo ecclesiae Hierosolym presbytero, cui episcopus vel gravissimam partem muneris sui crediderat? Idem confirmant res a C subsequente tempore gestae. Nam uno fere vel duobus annis post (c. 350) in Maximi locum epis successit, ab iisdem episcopis provinciae in sede Hierosolymitana collocatus, qui in concilio Hieroso a. 349 habito una cum Maximo Athanasii communionem receperant neque episcopum creassent, quem in gravissima causa secum conjunctum novissent. Quamquam reticere non possumus, hac de re magnam esse inter auctores dissensionem. Hieronymus et Theodoretus in hoc quidem conve quod Maximum scribunt episcopatum suum finiisse morte; ille autem novum episcopum in Arian numero refert et Acacium Caesariensem aliosque episcopos Arianos ordinationis Cyrillianae auc facit[21]), hic vero „Maximum ad aeternam vitam translato" Cyrillum ait „acerrimum doct apostolicae propugnatorem gratiam episcopalem promeruisse."[22]) At Socrates et Sozomenus[23]) m narrant, Maximum expulsum et Cyrillum ab Acacio Caesariensi et Patrophilo Scythopolitano Ar episcopum substitutum esse. Vides igitur, quam discrepantia et contraria sint, quae rerum scrip prodiderunt. Neque tamen perdifficile videtur probatu, quorum sit ratio potior. Si auctorit sequimur, Socratem et Sozomenum antiquitate superat Hieronymus, gravitate autem et ecclesiastic Syriae rerum peritia Theodoretus. Ille enim admodum juvenis, quum parum in Syria versatus e quam ut ecclesiae hujus status penitus pernosceret, chronicum suum ex variis narrationibus sermonibu vulgatis „velocissime", ut ipse fatetur[24]), composuit; qui si post aliquot annos scripsisset et praeclarissi illud, quod infra afferemus, concilii Constantinopoli a. 382 habiti de Cyrillo testimonium legisset, multo aequius de hoc judicasset; atque hinc ducendum est, quod res me monet, ut quasi praete perstringam, quod Hieronymus revera in catalogo scriptorum ecclesiasticorum multo post comp nec laude magna nec vituperatione Cyrillum affecit. Falli igitur facile potuit, quum Cyrillum n qua de causa simpliciter breviterque in Arianis numeraret, eoque certius erravit, quod virum hae Arianae incusat, qui eam in catechesibus data opera refellit, in epistola autem ad Constantium i episcopatus (a. 351 s. 352) missa[25]) jam *ὁμοούσιον τριάδα* professus est multasque postea ab Ar

---

[21]) Hieron. Chronic. l. c. [22]) Theodoret. l. c.

[23]) Socrat. II, 38. Sozom. IV, 20. [24]) Cf. praef. Chronic. Opp. T. VIII. p. 3—4.

[25]) Qua in epistola Cyrillus „de signo lucidae crucis Hierosolymis viso, quod in coelis apparuit", ad Consta Augustum refert. — De laudibus, quibus Cyrillus in ea imperatorem Arianae causae faventem ornat, jam Theophanes „eos falli et judicio peccare" censet, qui propter illas „Cyrillum Arianae opinionis suspectum accusant. Oportebat ex animi simplicitate potius quam aperto proposito Arianorum dolis in haeresim abductum imperatorem, gentilitate no plene abolita, *εὐσεβέστατον* nuncupare". Accedit, quod revera „multa in Constantio erant veris laudibus digna: fr et compressa ubique gentium idololatria, et superstitio, ecclesiae opes magnis donariis auctae, immunitates maxime cl concessae. Praeterea nondum eo tempore gravia illa in catholicos facinora designaverat . . . immo vero hoc tempore concilium Sardicense reconciliata pax erat, Athanasio in sedem imperatoris benignitate restituto. In quo potior est co

indignitates et contumelias pertulit. Quod autem Hieronymus, Socrates, Sozomenus, ille quidem mortuo, hi autem expulso Maximo, Acacium et Patrophilum aliosque episcopos Arianos ecclesiae Hierosolymitanae arbitros ejusque episcopatus cui vellent permittendi dominos habent, id minime ad eam, quae ipso illo tempore fuit, ecclesiae Palaestinensis conditionem respondet. Nam Arianos episcopos in tota illa regione, qui fuerint, vix alios novimus nisi eundem Acacium et Patrophilum; reliqui enim omnes, ut supra vidimus, a. 349 ad Athanasium se adjunxerant et vel iis ipsis, quibus Acacii depositio decreta erat, literis synodicis concilii Sardicensis subscripserant.[26]) Alienum igitur tempus erat, quo Acacius et Patrophilus sive in concilio servata legis exteriori forma sive aperta vi et imperatoris ope Maximum expugnare potuissent. An Acacius ceteros episcopos religione obstrinxerit illa, quae modo religiosissime sanxerant, irrita faciendi? An vero sua sponte et voluntate episcopi iidem, qui justam Athanasii et orthodoxorum causam et communionem aliquamdiu omissam ex animi sententia una cum Maximo proxime amplexi erant, nunc ad Acacium et Patrophilum deficientes cum iis in ejusdem Maximi depositionem conspiraverint? Illud unum fortasse auctoribus hac de re tam inique referentibus concedere possumus, Cyrillum ab episcopis provinciae canonice creatum Acacio, improbo quidem sed legitimo metropolita, ordinationis suae usum esse ministro; in quo quid Cyrillo crimini vel fraudi sit, equidem non video. Licet enim Acacius a concilio Sardicensi exauctoratus fuisset, tamen episcopatum suum et communionem ecclesiasticam constanter retinuit et praesertim hoc tempore, quum ea, quae memoriam ejus in historia infamem reddiderunt, facinora nondum confecisset, justus ecclesiae episcopus habitus est[27]). Nihilominus haec tota res difficillimos mihi habere videretur explicatus, nisi alius nobis adesset idemque locupletissimus testis, cujus auctoritatem iis quibus supra usi sumus rerum auctoribus non dubito multo superiorem opponere, concilium dico Constantinopolitanum (a. 382), cujus patres in epistola ad Damasum et occidentales missa ecclesiasticas orientis res exponentes de Cyrillo ita scribunt[28]): „*Τῆς δέγε μητρὸς ἁπασῶν τῶν ἐκκλησίων τῆς ἐν Ἱεροσολύμιοις τὸν αἰδεσμώτατον καὶ ϑεοφιλέστατον Κύριλλον ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς δὲ παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηϑέντα πάλαι καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀϑλήσαντα*“ — quo illustrissimo amplissimoque concilii[29]), quod a nonnullis inter oecumenica numeratur, testimonio cadunt omnia, quae in Cyrilli ordinationem episcopalem congeri possunt probra, praesertim quum ipse huic synodo interfuerit neque dubitari possit, quin patribus congregatis ordinationis suae rationem propter calumnias inimicorum exposuerit. — Qualis autem contra Arianos fuerit episcopus et quanta ab iis passus sit, sufficiat quasi in transitu attingere, ut statim lector cognoscat, quam alieno ab iis animo jam fuerit.

7. Quas enim alii orthodoxi episcopi experti sunt calamitates temporum fortunaeque vicissitudines, easdem etiam Cyrillus, ex quo episcopus factus est, omnes ipse tulit. In quibus maxime illae, quae ab Acacio ei illatae sunt, injuriae episcopatum ejus turbaverunt. Nam ubi sedem Hierosolymitanam occupavit, contentio ei cum Acacio Caesariensi orta est de pincipatu honoris[30]), quem quidem a concilio Nicaeno[31]) ecclesiae Hierosolymitanae adjudicatum Acacius eo magis improbavit, quo minori tenebatur

Cyrilli Constantium laudantis, quam Athanasii, Hilarii, Gregorii Nazianzeni, qui Constantium etiam majoribus quam Cyrillus noster laudibus celebrarunt“. Touttaeus, Ed. Maur. prael. n. 8. cf. Tillemont l. c. p. 182. Schwane l. c. — De veritate vocis *ὁμοούσιος* in hac epistola nobis occurrentis cf. Toutt. l. c. n. 10. Reischl et Rupp, s. Patris Nostri Cyrilli Hieros. Archiepp. opera quae supersunt omina. Vol. II. Monaci MDCCCLX.

26) Cf. Athanas. apol. c. Arian. n. 49 (l. c. p. 167). 27) Athanas. de syn. n. 13. 28) Apud Theodoret. V, 9.

29) De auctoritate hujus concilii (a. 382) cum Constantinopolitano I generali (a. 381) ad unum fere conjuncti vid. Hefele l. c. II. 38 sq.

30) Soz. l. c. IV, 25. Theodoret. l. c. II, 26.

31) Conc. Nic. can. 7: *Ἐχέτω* (sc. ecclesia Hierosolymitana) *τὴν ἀκολουϑίαν τῆς τιμῆς, τῇ μετροπόλει* (sc. Caesareae) *σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.*

hujus concilii reverentia. Quam contentionem mutuae de fide accusationes subsecutae sunt, alte objiciente, quod non recte sentiret de trinitate[32]). Quo factum est, ut Acacius „levibus qu causis" uteretur ad Cyrillum deponendum[33]); qui Tarsum se contulit ibique hospitio usus est episcopi[34]). Expulsus „ad majus quidem judicium provocavit"; cui appellationi quum ipse „in adstipularetur"[35]), pro explorato habendum est, Cyrillum non sine aliquo adversarii sui stomacho a Seleuciensi inquisita causa restitutum esse (a. 359)[36]). Sed Acacius nihil quiescens quum imperatoris levissima illa re exornata atque exaggerata in Cyrillum maxime commovisset[37]), Constantinopolim synodo inter alia, quae impie egit, hunc deposuit impetravitque ab imperat exsilio multaretur (a. 360)[38]). Illud autem feliciter ei evenit, ut sublato a. 361 Constantio im Julianus qui dicitur apostata non magis pietate quam infesta in ecclesiam voluntate ductus omn in exsilio essent, episcopi sive catholici sive haeretici ad suas quisque ecclesias ut redirent permitt

---

32) Qua de re apud Sozomenum IV, 25 legimus haec: „Ex quo (sc. e contentione de principatu ecclesiarum factum est, ut inimicitias inter se susciperent et accusarent, quod de deo non recte sentirent. Nam et antea uterqu in suspicionem venerat, Acacius quidem, quod cum Ario idem sentiret, Cyrillus vero, quod eos sequeretur, qui filiu similem secundum substantiam asserebant (*τοῖς ὁμοιούσιον τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν εἰσηγουμένοις ἑπόμενος*)". E verbis colligi posset, Acacium, quum ipse jam purum Arianismum profiteretur, Cyrillo objecisse, quod ex partibus S norum stetisset, qui filium dicebant *ὁμοιούσιον τῷ πατρί*. Sed aliter rem se habere, quum Cyrillus quidem ce ab a. 349 Nicaenam de consubstantialitate fidem confiteretur, jam supra probavimus Ceterum hoc tempore ea inter et Cyrillum ratio intercedebat, ut Acacius Cyrillo consubstantialitatem tantum objicere posset, similitudinem substantiae no Similitudinem enim substantiae Acacius ipse tum in synodo Antiochena (a. 341. cf. Athanas. de synod. n. 36) tum in librisque ante concilium Seleuciense editis defendit, quapropter eum, quum ad Arianorum placita postea declinasset (Sozom Semiariani convicerunt, quod antea similia cum ipsis sensisset (Sozom. IV, 22. cf. Socrat. II, 40). Credibile igitur non est, Cyrillo similitudinem substantiae crimini dedisse, nisi dixeris, eum similitudinem substantiae unum atque idem cum consubstan habuisse. Quam quidem rationem et auctores notissimae formulae Sirmiensis (a. 357) et alii *ὁμοιουσίου* defensores solebant (cf. Hilar. de synod. n. 79. Philostorg. III, 16. IV, 9, 10, 12), ipsisque catholicae partis principibus propria hujus vocis vis eadem fere esse videbatur ac vocis *ὁμοούσιος*. cf. Hilar. de synod. n. 77—80. Atha synod. n. 41. — Quam ob rem Nicephorus Callistus (IX. 46) Sozomeni locum in hunc modum mutavit: „Alter accusavit, quod non recte de deo sentiret. Acacius enim dogmata Ariana praedicabat, Cyrillus vero eos, qui consub (*ὁμοουσίῳ*) adhaerebant, a principio sequebatur".

33) Theodoret. l. c.: „*Ἀκάκιος μικράς τινας εὑρὼν ἀφορμὰς καθεῖλε τὸν Κύριλλον*". — Cyrillus publica egestate multitudinis necessario victu carentis oculis in episcopum conversis quum non haberet, quibus ope posset, quendam narrat Sozomenus (IV, 25) suo donario amictam cognovisse mulierem scenicam, et quum inq curiosius, unde haberet, deprehendisse, mercatorem ei vendidisse, mercatori autem episcopum. Hanc igitur praetexuisse Acacium Cyrilli expellendi. — Itaque sive hac causa usus est Acacius, sive quod Cyrillus judicium suum subte (Socrat. II, 40), certe eum deposuit.

34) Theodoret. l. c. De Silvano vid. Basil. ep. CCXLIV (al. 82), CCXXIII (al. 79), LXVII (al. 50). To Proleg. dissert. I p. 73 sqq. Hefele l. c. p. 712, 119 sqq.

35) Socrat. l. c.

36) In hoc concilio Cyrillus Acacium in jus vocavit (Socrat. II, 40), Acacius vero, „quo flagrabat in Cyrillu adversus episcopos, qui Cyrillum in honore habebant, propriam factionem constituit (Epiphan. haer. LXII. c. 2 Philostorg. IV. c. 12) et „cum iis se concilium initurum negavit, nisi Cyrillus e concilio removeretur. Hic qu obtemperaret, Acacius relictis illis evasit". (Theodoret. II, 26.). Quodsi discessit, tamen paulo post rediit jamque sententiam aperuit, filium patri non secundum substantiam, sed voluntatem tantum similem esse. (Hilar. c. Constan — Denique Cyrilli causam concilio Seleuciensi probatam fuisse, Acacius ipse prodere mihi videtur, in epistola ad torem missa querens, quod „illo (sc. Cyrillo) assessore et consiliario Seleucienses judicare et de aliis sententiam ferr fuissent" (Theodoret. II, 27). Cf. Hefele l. c. I. p. 712, 713, 716, 718, 719.

37) Theodoret. II, 27.

38) Sozom. IV, 25. Philost. V, I. Hefele l. c. p. 725.

39) Sozom. V, 5.

stitutus igitur episcopatum suum placide obtinuisse videtur usque ad a. 367, quo Valens inter ceteros, os Julianus revocaverat, episcopos etiam Cyrillum denuo in exsilium misit, unde reverti non potuit i imperatore mortuo (a. 378). Ubinam degerit per undecim hos annos, plane nescimus; iniquissimum em ecclesiae Hierosolymitanae tempus fuit, quum quidem jam Ariani, Apollinaristae, Pneumatomachi, haeretici eam occuparent multisque vulneribus onerarent[40]). Quapropter Cyrillus Valente mortuo ersus ecclesiam invenit valde perturbatam, cui reformandae per reliquum vitae tempus operam dabat ım maximam. Qua in re a Gregorio Nysseno[41]) a. 380 Hierosolyma profecto adjutus tantum valuit tute et auctoritate, ut quamquam per sedecim annos exsul episcopus ecclesiae suae res teste Basilio[42]) .diderit florentes. Ex quo, ut ait Hieronymus[43]), „episcopatum tenuit inconcussum" et contigit ei, usquam vita decederet (a. 386), ut concilium Constantinopolitanum a. 382 habitum, cui cum episcopis tiocheno et Alexandrino ipse fertur praesedisse[44]), egregium illud, quod jam supra attulimus, legitimae linationis, virtutis, orthodoxiae testimonium ei redderet[45]).

Et haec quidem hactenus. Si verum est, quod nemo dubitat, ingenuitatis et virtutis certissimam e regulam in ipsa vita, equidem etiam has quas adumbravi res a Cyrillo pro ecclesia Christi gestas quas perpessus est calamitates ad illustrandam ejus fidem aptissimas esse censeo.

Caput alterum.

S. Cyrilli de trinitate doctrina.

I. De trinitate in universum.

S. Cyrillum Hierosolymitanum in catechesibus suis articulos fidei christianae haud ita subtiliter ingeniose, sed ad commune judicium popularemque intelligentiam accommodate exposuisse, inter nes constat. Neque in explicanda trinitate tantum valuit ingenii vi et acumine, ut cum celeberrimis ıs aetatis viris, qui hanc doctrinam mira subtilitate et sapientia enodaverunt, comparari possit[1]). .d, quod ne illo quidem verbo, quo ecclesia in concilio Nicaeno suam de hoc mysterio fidem expressit *ὁμοούσιος*), in orationibus catecheticis usus est. Nihilosecius non sine magna dexteritate et veritate icii in hoc dogmate versatur, tum ut oppositos haereticorum errores detegat et refutet, tum ut holicam de eo doctrinam exponat atque comprobet.

1. Qua in re ut bene procederet, jam symbolum apostolicum, quod catechumenis explanavit, ei rectam m aperuit. Quod quum nos jubeat, quum „in unum deum", tum „in patrem et filium et spiritum s.

---

[40]) Socrat. II, 45. Sozom. IV, 30.

[41]) Greg. Nyss. ep. ad Eusth. et ep. de euntibus Hierosolyma.

[42]) Basil. ep. 4 ad monach. lapsum.

[43]) Catalog. c. 122.

[44]) Cf. Sozom. VII, 7. Socrat. V, 8, 12.

[45]) Martyrologium Romanum ad d. XVIII Mart. habet haec: „Hierosolymis s. Cyrilli episcopi (natalis), qui ab Arianis tas fidei causa passus injurias et ab ecclesia sua saepe pulsus tandem sanctitatis gloria clarus in pace quievit, cujus meratae fidei synodus oecumenica Damaso scribens praeclarum testimonium dedit".

---

[1]) Cat. 16, 24: „Unus pater, unus dominus, unigenitus ejus filius, unus spiritus s. paracletus. Atque ista nobis scire ciat, naturam vero ne sollicite inquiras. Si enim scriptum esset, diceremus; quod non scriptum est, non audemus. Satis nobis ad salutem nosse, patrem et filium et spiritum s. esse".

credere“ (cat. 7, 1. cat. 10, 1. cat. 16, 3), fundamentum fidei christianae in eo poni vult, ı quidem deum, sed tres in eo personas existere confiteamur, vel ut verbis utar symboli Atha „ut unum deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur“. Duo igitur momenta, quor utrique virtus inest, in doctrina de trinitate comprehendamus oportet, unitatem dico natur discrimen personarum; quae si bene conjungimus et alterum altero sustentamus, rectam r inimus, sed ubi secernimus et alterum solum vel plus justo respicimus, alterum rejicientes ve ducentes, a veritate deflectimus. Qui enim solius unitatis rationem habentes patrem et fil spiritum s. quam artissime inter se consociari volunt, neglecto personarum discrimine fa pervenient, ut patrem et filium et spiritum s. permisceant vel nihil aliud esse intelligant nisi pc et proprietates dei; qui vero discrimini personarum majorem vim tribuentes patrem et fil spiritum s. separant et alium ab alio removent, jam eo progressi sunt, ut unitate omissa tres d substantias aut filium et spiritum s. patri subordinatos eoque minores vel patris creaturas esse Jam primis ecclesiae saeculis utrumque errorem floruisse, testimonio historiae comprobatur; ali fuerunt, qui unitate sola proclamata ipsas personas confunderent et patrem et filium et spiri unum eundemque putarent; neque defuerunt alii, qui unitate omni negata patrem et filium et sp s. non solum personarum proprietate, sed etiam naturae diversitate discretos esse dicerent et divin soli patri, filio autem et spiritui s. inferiorem naturam adscriberent. Quorum famosissimus et (aetate proximus Arius fuit, qui trinitatis mysterium adeo pervertere conatus est, ut filium non e subs patris aeterno modo genitum neque naturae divinae participem, sed voluntate patris in te productum et ex nihilo creatum esse contenderet. Verum etiam Sabellianam personarum confus ii qui Cyrillo aequales fuerunt Marcellus Ancyranus et Photinus Sirmiensis orientalibus (si omnibus, certe plurimis) videbantur renovasse.

2. Quae quum ita essent, Cyrillus optimo jure duas potissimum haereses detestatur et impı quarum alteram intelligit eam esse, quae tres personas confundat, alteram hanc, quae sanctam trin separet et (vel tres deos statuat vel) alii personae aliam naturam tribuat. Neque tamen in refutatione utriusque haeresis acquiescit, sed quum utramque in alteram partem propterea abire vi quod aut unitatem substantiae aut discrimen personarum praeteriret, ipse media via ita inced unitate naturali aeque ac distinctione personali observata ad catholicam de trinitate fidem tuto per Audiamus jam hunc ipsum. „Spes nostra“, inquit, „in patrem et filium et spiritum s. est. tres deos annuntiamus, obmutescant ergo Marcionistae, sed cum spiritu s. per unum filium unum praedicamus. Indivisa est fides, inseparabilis pietas. Neque separemus s. trinitatem, quod q faciunt, neque confusionem secundum Sabellium inducamus“. (cat. 16, 4). Quum igitur Cyril deo tres personas admittat, tres autem deos neget, filium et spiritum s. aut unum cum patre aut patre inferiores nec vere divinas personas esse credidit. Atqui divinitatem ab iis abjudicare esset ac trinitatem separare, quod quidem a Cyrillo maxime cavetur; quumque Sabellianam confusionem non minus rejiciat quam distractionem substantiae, hoc certe ei exploratum persuası fuit, unam eandemque naturam divinam tribus personis communem esse. Non aliam atque eam, dixi, Cyrilli sententiam esse, optime ex iis locis pernosci posse existimo, quibus quod supra de v trium separatione aut confusione monuit, idem de patre et filio tam praeclare exponit, ut nihi desideres. „Neque filium abalienes a patre, neque facta duorum confusione filio-paternitatem (*υἱοπατ* credas“ (cat. 4, 8). „Ut breviter dicam, neque separemus neque confusionem faciamus; neque al unquam a patre filium dixeris neque illos pertuleris, qui dicunt, patrem modo patrem esse, filium. Aliena enim haec sunt et impia, non ecclesiae documenta“ (cat. 11, 18. cf. ibid. 16- Quid vero sit ex Cyrilli sententia, trinitatem vel personas separare, perspicue explicat cat. 1

ɜasdem contrarias haereses refellens: „Non pater“, inquit, „pro nobis passus est, sed pater cum , qui pro nobis passus est ... Neque filio nos deferre honorem rati patrem eum appellemus, e patrem honorare arbitrantes filium unam ex creatis rebus esse suspicemur“. Itaque haec res jam explorata videtur: Arianos, qui cum discrimine personarum diversitatem ipsius substantiae ɜentes filium (et spiritum s.) in creaturarum numerum referebant, non minus refellens quam llianos, qui unitate nimis affirmata vel ipsas tres personas in unam confundebant, Cyrillus „regiam . ingreditur neque ad sinistram vel ad dextram declinans“ (cat. 11, 17) unius naturae vinculo tam tres conjungit, ut a sola personarum confusione et facta interdum alius in aliam mutatione abhorreat.

3. Si vero quaeritur, qua tandem ratione fieri possit, ut in trinitate differentia personarum ıti naturae conveniat. Cyrillus recte respondet, alteram cum altera non pugnare, quum quidem tres onae unam eandemque naturam divinam et ea, quae sint naturae propria, inter se communicent. ι „divinitatis paternae cum s. spiritu etiam unigenitus filius particeps est“ (cat. 6, 6), et „spiritus ım patre et filio divinitatis gloria honoratur“ (cat. 4, 16) et „vivens ac subsistens nunquam non patre et filio conjunctus est“ (cat. 17, 5)[2]). Neque solum natura et divinitate vitaque interiori ita inter se cohaerent, ut ubi alius est, una sint et alii, sed etiam in operibus quae dicuntur ad a communi munere funguntur. „Pater enim per filium cum spiritu s. omnia donat, neque alia ; dona patris, alia filii, alia spiritus s., sed una est salus, una potestas, una fides“ (cat. 16, 24). lividua igitur et una est ea, quae ex patre et filio et spiritu s. erga nos existit salutis largitio“ . 17, 5), unde in sanctificatione hominum alius non agit alio quiescente, sed „a servitute in ptionem filiorum dei patris gratia per filium et spiritum s. provehimur (cat. 7, 7) omniaque dona lestia ex patre per filium in spiritu s. omnibus profunduntur“ (cat. 18, 29). Omitto singulas dei prietates, quas Cyrillus sine omni delectu ac discrimine tribus personis attribuit, ordine hic ıerare; relinquo infinitam divinitatis, quam pater cum filio et spiritu s. communicat, dignitatem et tudinem; sapientiam divinam praetereo, qua soli tres unum deum seque ipsos plene perspiciunt[3]). ι quae apud Cyrillum ad unam et individuam quam tribus debeamus adorationem et gloriam divinam tinentia legimus, quum sint egregia de trinitate testimonia, temperare mihi non possum, quin tota exscribam. „Indivisa“, inquit, „patris et filii cum spiritu s. glorificatio persolvatur. Non enim aliam riam pater, aliam habet filius, sed unam et eandam (*μίαν καὶ τὴν αὐτήν*) cum spiritu s. (cat. 6, 1). mo dicat, alium ibi et alium hic esse spiritum; alioquin in ipsum offendet spiritum s., qui cum ıre et filio honoratur et sancti baptismi tempore in s. trinitate simul comprehenditur ... Merito tur baptizamur in patrem et filium et spiritum s.“ (cat. 16, 4, 9. cf. cat. 11, 17). Atque haec ıdem, quae ex Cyrillo attulimus verba, ab antiquissimis inde temporibus in baptismo legitime ncupata, distinctam trium personarum professionem continent, unde in ecclesia celeberrima illa

---

[2]) Cf. procat. 15, ubi catechumeni in baptismo animos ad tres personas attendere jubentur his verbis: „Animo vobis ɔrmate omnium dominum deum sedentem et unigenitum filium a dextris una sedentem et spiritum s. simul praesentem ʝμπαρόν), thronos vero et dominationes ministrantes“. Cf. cat. 15, 24.

[3]) Quum Cyrillus procat. 15 dixisset, omina deo servire, vel ipsos thronos et dominationes, unum filium et spiritum ɜxcipit, „quippe qui sint extra omnia positi“ (cat. 8, 5). — Quod cat. 6, 2 sqq. et cat. 9, 3 docet, infinitam dei substantiam ıullo penitus comprehendi nisi a deo ipso, idem de filio ejusque aeterna generatione et de natura spiritus s. iisdem fere bis repetit (cat. 11, 11 sqq. cat. 16, 5, 24. cat. 17, 17). Sed filium et spiritum s. perfecta dei cognitione gaudere docet; n ubi angelos probavit alios aliis excellentius deum videre, nullos autem perfecte, ibi tacere non potest, „solum spiritum s. n patre et filio deum videre, sicut oporteat, ejusque profunda scrutari“ (cat. 6, 6); et quum fusius disputasset, divinam . generationem coelo et terrae, angelis et hominibus totique creaturae mysterium manere, quod percipi non possit t. 11, 11), plenam ejus intelligentiam tum spiritui s. concedit, qui „solus profunda dei cognoscat“ (cat. 11, 12), tum filio, ım „qui genitus sit, non minus noverit genitorem, quam qui genuerit, noverit generatum“ (cat. 11, 13).

trinitatis formula nata est, qua Cyrillus ad laudandum trinum deum in fine cujusvis fere catech utitur, ut particulis aequalitatis „et“ sive „cum“ inter nomina divina positis suam de individua t fidem saepissime profiteatur (cf. praes. catt. 7. 9. 13. 17. 19. 23). Quid aliud lector desideret nisi forte vocem ὁμοούσιος, quam quidem nondum in catechesibus, sed demum in epistola duol tribus annis post, quam illas habuit, ad Constantium missa invenimus, ubi Cyrillus orat, ut de multos annos Augustum servet „glorificantem sanctam et consubstantialem trinitatem (ὁμοούσιον τρι

4. Sed est fortasse, qui adversus expositam de trinitate doctrinam objiciat, quod Cyrillus e dei opera, quum sint tribus personis communia, separaverit et aliud alii personae adscripserit, vel in ipsam quam dicimus immanentem vitam divinam quasi quaedam distractio trinitatis et perso redundet. Velut patri solum mandatum et exemplar mundi creandi, creationem ipsam soli spiritui s. sanctificationem rerum creatarum attribuere videtur. Et quo melius explicet, qu creatione patri et quas filio partes dari velit, exemplum proponit ab rege sumptum; qui quemadm urbem conditurus filio secum regnanti exemplar urbis subjiciat, hic vero ad exemplar a patre acc opus ipsum ad finem perducat, sic etiam patrem, quum creare voluisset, filio exemplar i suppeditasse, quod quidem hic mandatu patris perfecerit[4]). Quae sententia si urgetur, quam pr accedere videtur ad opinionem Arianorum, qui patris actiones graviores rati, quam quae a cre sustineri possent, media natura et manu filii, ut mundus crearetur, opus fuisse censebant[5]). — primum mihi illa, quae ab ipso Cyrillo „infirma“ dicitur, comparatio nihil aliud significare vi nisi quod omnes fere theologi ad nostram usque aetatem docuerunt, inter opera dei externa, quam omnia a trino deo proficiscuntur, tamen justis de causis aliud alii personae praecipue, ut appropriandum esse, ita quidem, ut unicuique trium personarum illud praesertim opus exte attribuatur, quod immanenti ejus in trinitate vitae ac rationi maxime respondeat. Quapropte solum Cyrillus, sed vel is ipse, qui adversus Arianos praestantissimus orthodoxae fidei defensor e Athanasius multique alii ecclesiae patres sacrae scripturae vestigiis insistentes (Joh. 1, 3; 5 persuasum habuerunt, deum per filium quasi per sapientiam et manum suam omnia condidisse filiu ipsum ita tantum mundum creasse et redemisse, ut quodammodo ad creaturas sese accomm splendorem et majestatem divinitatis suae cohibuerit[6]). Deinde comparantem hac de re a Cyrillo cum opinione Arianorum neminem facile praeterire posse existimo, eos alia prorsus de causa creati filio tribuisse ac Cyrillum. Illi enim dignitatem majestatemque naturae paternae attulerunt, quum ipsa nec ad creaturas descendere nec ab iis ferri posset, per inferiorem filium mundum crea hic vero docet, patrem regium regio filio ea ratione mundum creandum commisisse, ut parem patre in res creatas dominationem habeat. Ceterum permulti nobis in catechesibus loci occu quibus eundem mundum modo pater, modo filius creasse dicitur. Quis enim de simplici nutu et co creandi intelligi voluerit, quae catecheta praeclarissime de deo patre omnium rerum creatore tr

---

4) Cat. 11, 22: „Vellem equidem exemplum quoddam afferre, sed illud infirmum esse novi; quaenam enim ex visil rebus divinae invisibilisque potestatis idoneum exemplum esse potest? Dicatur nihilominus tamquam infirmum, et ab i ad infirmos. Quemadmodum igitur, si quis rex, filium habens regem, civitatis constituendae cupidus filio secum re subjiciat struendae civitatis exemplar, ille autem, exemplari sumpto, cogitatum opus ad finem perducat: ita, quum omnia construere voluisset, patris nutu omnia filius perfecit, ut nutus quidem ille patri servet incolume summae pot arbitrium, filius vero rerum a se factarum habeat potestatem, ut neque pater propriorum operum dominatione pri neque filius in res ab alio, sed a se conditas regnum obtineat“.

5) Hanc doctrinam exponit Eusebius Caesar. de laud. Const. c. 9, et refutat Athanasius or. II c. Arian. 2 decr. Nic. 7—8.

6) Athanas. or. II, 64. de decr. Nic. 7, 9, 12, 17. Basil. de spir. s. c. 16. Cyill. Alex. thes. I, 29. Schwane l. 164 et I, 124.

ntra Marcionistas, Manichaeos, alios haereticos defendit, qui hunc mundum a patre Christi eodemque ›re veteris testamenti profectum esse negabant? (cat. 4, 18, 22. cat. 6, 9, 12. cat. 9). Quos ›m non solum eo perducere studet, ut eundem deum agnoscant et auctorem veteris testamenti et n patrem Jesu Christi, sed etiam omnium rerum creatorem, qui „coelos et terras, animas et ›ra condiderit (cat. 4, 4. cat. 7, 5—8) suisque manibus creationis opus attigerit (cat. 4, 5. cat. 5) omnesque eos, quos creaverit, si mortui et collapsi fuerint, resuscitaturus sit, quemadmodum tatuarii, collapsam formam restituere (cat. 18, 3, 6). Alibi hominem commune opus patris et filii (cat. 10, 6), quorum alter semper agat cum altero (cat. 7, 6), et in ea, quae est de deo omnium m conditore, catechesi nona nulla filii mentione facta deum fuisse ait, qui singula membra hominis num corpus manu sua composuerit (cat. 9, 15).

5. Ut creationem soli filio, ita sanctificationem rerum creatarum Cyrillus soli spiritui s. videtur ibuere. Neque tamen concedendum esse existimo, eum hac in quaestione a doctrina ecclesiae aberrasse. ecunque enim explicat Cyrillus, per spiritum s. caritatem cordibus nostris infundi, pias cogitationes tari, infirmitatem nostram adjuvari, purgari animas a peccatis (cat. 16—17), haec multaque alia sacra scriptura omnes patres ecclesiae docuerunt; unde licet colligere, probatam esse theologis ›entiam, licet omnia dei opera tribus personis communia sint, tamen in sanctificatione peculiare uid propriumque spiritus sancti intercedere, quod quidem immanenti ejus in trinitate vitae ac oni maxime respondeat. Ipse indelebiles quos vocamus baptismi et confirmationis characteres nobis rimere, animas custodire, adoptionis gratiam donare, aquae baptismali et chrismati vim sacramentalem . 3, 4. cat. 21, 3), exorcismis virtutem (cat. 16, 18—19. procat. 9) etc. tribuere dicitur a Cyrillo; demque esse aliorum patrum doctrinam, nemo est qui nesciat. Accedit, quod etiam hac in re ›cheta non ita sibi constat, ut solam sanctificationem soli spiritui s. adscribat. Tantum enim abest, piritum s. a ceteris dei operibus excludat, ut ei suas quoque in creatione partes det[7]) et commune patre et filio in creaturas dominium concedat (cat. 8, 5) mirabilemque illam, quam patres ex ma creatoris potentia repetere solent, panis et vini in corpus et sanguinem Christi transmutationem minus spiritui s. quam filio vel toti trinitati tribuat (cat. 21, 3. cat. 23, 7, 19. cat. 22, 1. cat. 7). Denique in sanctificatione etiam patrem et filium una cum spiritu s. agere, jam supra ex illo probavimus et ex omnibus fere catechesibus cognoscimus, in quibus extremis sanctificationem alutem auditorum modo ab hac vel illa persona divina, modo a tota trinitate vel ab uno deo exposcit[8]).

II. De divinitate filii.

Si quis argumenta s. Cyrilli de trinitate supra composita attento animo studioque prosecutus it, is quidem, ut opinor, jam multa invenerit, quae non parum valent ad sententiam ejus de initate filii cognoscendam. Sed tamen propria, quae exstant apud Cyrillum hujus dogmatis testimonia, magis necesse mihi esse putavi colligere et ponderare, quod optime hinc apparet, quantum ab iis placitis Arianorum, quorum ipsi objecta est communio, doctrina ejus abhorreat. Etenim non m fidem ecclesiasticam de divinitate filii accurate copioseque exposuisse et probasse, verum etiam ıes haeresis Arianae surculos diligentissime indagasse et radicitus evulsisse mihi videtur.

---

7) Quod cat. 12, 26 filio tribuit, ut in Maria quam assumpsit carnem ipse sibi formaverit, id cat. 17, 6 virtute itus s. factum esse dicit.

8) Cf. procat. 17. cat. 3, 16. cat. 6, 36. cat. 14, 30. cat. 15, 33. cat. 18, 35. cat. 20, 8. cat. 23, 23.

1. Ac primum quidem, qui lucem huic rei afferant, idonei jam illi loci sunt, ubi, rejecta Arianorum de natura filii assertione, filium ab omni genere creaturarum sejungit neque ex nihilo f sed proprie vereque e patre genitum et naturalem ejus filium esse omni, qua par est, gravitate e contendit. „Ne filium unam ex conditis rebus esse suspicemur“ (cat. 11, 17), sicut illi opinantu „Christum ex non exstantibus (ἐξ οὐκ ὄντων) ad esse perductum dicere audent“ (cat. 15, 9). ut jam saepe dictum est, nequaquam ex non ente ad esse filium traduxit (pater), neque eum, qu erat, in adoptionem adscivit, sed aeternus existens pater aeternum genuit et inenarrabili modo solum filium“ (cat. 11, 14). Quibus omnibus locis a Cyrillo Arianos impugnari, qui filium (tempore ἐξ οὐκ ὄντων creatum esse dicebant, non est, quod pluribus explicem ac demonstrem. quo planius dicat, quid sibi hac de re videatur, duas in deo actiones distinguit, alteram creatoris omnes res ex nihilo fecerit, alteram patris, qua filium solum genuerit[9]); quam quidem generati intelligit esse tam veram et germanam, ut filius inde existat non adoptivus, sed proprius et natu „Filium enim quum audis, ne adoptivum existimes, sed naturalem filium, filium unigenitum (cat. 1 Ne abusive tantum filium dictum puta, sed vere, filium naturalem, initii expertem, non a servitu adoptionis gradum evectum, sed filium inde ab omni aeternitate genitum“ (cat. 11, 4). Qui enin gratiam ad honorem filiorum dei promoventur, „dei voce et verbo adoptionem, quam non habe accipiunt“, ille vero „non quum aliud quidquam esset, aliud factus est, sed filius patris ab ae natus est, superior quovis initio et saeculis existens (cat. 11, 4). Is, qui secundum naturam filius erat, per disciplinam factus est filius, hic vero naturalis est filius, verus filius. Non sicut o illuminandi, nunc filii dei efficimini adoptione per gratiam ... non ita natus est Christus ex pa (cat. 11, 9). Quodsi unus filius, quum solus e natura (φύσει) patris genitus sit, veram ac prop filietatem habet, res jam ipsa loquitur, etiam patrem alio modo patrem Christi esse, alio modo eo qui per gratiam (θέσει) adoptionis participes redduntur. Quam ob rem Christus ipse non d „Ascendo ad patrem nostrum, ne creaturarum cum unigenito communitas induceretur, sed divis adhibita primum dixit, quod ejus solius proprium est, „ad patrem meum“, id quod natura erat, subjunxit „et patrem vestrum“, quod erat per adoptionem. Ne igitur existimes illum eodem m filii et creaturarum patrem esse, sed aliter Christus dixit „meum patrem“, secundum naturam, et al „vestrum“, secundum adoptionem“ (cat. 7, 7. cat. 11, 19). Primum igitur ex omnibus, quibus su usi sumus argumentis firmissimum hoc colligitur, e sententia Cyrilli filium esse ab omni creatura numero secretum, filium dei verum, a vero patre per veram generationem natum; neque unum qui verbum ex catechesibus Cyrilli afferri posse affirmo, quo recentioris cujusdam auctoris sententia comprobe Cyrillum cum Semiarianis docuisse, filium dei ortum quidem esse e substantia divina, sed libere creatun

2. Ac ne quid desit in generatione, quod ad veram et perfectam filii divinitatem pertin Cyrillus non cessat repetere, tempus, quum pater sine filio exstiterit, nullum omnino fuisse, neque ul spatium aut defectum in generatione divina intercedere, sed esse eam et aeternam et perfect Etenim „si deus et pater generat, neque ignorantia neque deliberatio in medio ... Dicere, qu temporibus secum considerasset, patrem deinceps factum esse, ejusdem impietatis est .... Verum sem filium habet (cat. 11, 8). Atque in corporibus quidem gignendis opus est, ut temporis mora interce

---

9) Cat. 4, 4: „Unus est coeli et terrae, angelorum et archangelorum factor, qui multarum quidem rerum cre est, unius vero solius Jesu Christi pater ante saecula“. Cat. 7, 5: „Et multorum quidem abusive pater, unius vero s Jesu Christi natura et veritate pater“.

10) Baumgarten-Crusius, Dogm. Gesch. I, 270: „Also waren Semiarianer, welche den Sohn Gottes für entstanden, aus dem göttlichen Wesen, wenngleich nicht auf emanatistische Weise, sondern frei erschaffen hielten: Cyrill von Jerus. u. s. w.“

lum vero in generatione filii intermedium tempus reperitur (cat. 11, 7). Non enim temporum cessu adeptus est, ut pater sit, sed unigeniti pater aeternus existens. Neque quum antea esset sine), postea mutata sententia factus est pater, verum ante omnem substantiam et omnem sensum, ante nia tempora et saecula paternam habet dignitatem, qua quidem magis quam omnibus reliquis titulis ıdet" (cat. 7, 5). Quodsi deus ab aeterno est pater, Cyrillus hinc recte concludit, ab aeterno etiam ım esse; nam patris et filii notiones sejungi non posse, sed ubi de patre mentio incidat, etiam ım cum ipso nomine patris in memoriam venire et patrem cum nomine filii, ita quidem, ut alter altero ne cogitatione quidem separari possit[11]). Quapropter etiam notissimum illud psalmistae lius meus es tu, ego hodie genui te" (Ps. II, 7) explanans: „Illud hodie", inquit, „non recens, sed npiternum, hodie temporis expers, ante omnia saecula" (cat. 11, 5). Filius enim „non in temporibus, esset, accepit, sed ante omnia saecula sempiterno et inenarrabili modo e patre genitus est" (cat. 7). Ejusdem rei hoc testimonium addit, quod Christus post baptismum, quum descendisset spiritus s., :e paterna de coelo audita aliter atque ceteri baptizati declaratus sit dei filius. Fiet quidem, ut ı te quoque descendat spiritus s. et paterna vox tibi desuper audiatur, non autem ‚hic est filius us', sed ‚hic nunc factus est filius meus'. De illo solo est dictum ‚est', quando quidem in principio ıt verbum ... Illi, inquam, soli convenit vox ‚est', quum sit semper filius dei; tibi vero competit ınc factus est', quoniam ut filius sis, non per naturam habes, sed per adoptionem filii appellationem nsequeris; ille sempiterno est, tu vero ex profectu gratiam acquiris" (cat. 3, 14. cat. 11, 19). nique jam iniquissimum illud: ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός, in quo quidem haeresis Ariana maxime rtebatur, recta via petit et impugnat, auditores suos admonens, „ne unquam dicant: ‚Erat, quando n erat filius'" (cat. 11, 17).

3. Considerantem ea, quae modo exprompsimus argumenta, neminem facile fugisse confido, ot sint a Cyrillo dicta, totidem fere Arianorum erroribus opposita esse, neque vereor, ne quis non obet, quod dicit Dornerus[12]), Cyrillum nihil a doctrina Athanasii abesse, quum quidem non semel ofiteatur, filium non ex nihilo neque in tempore creatum, sed e substantia patris genitum et proinde ternum esse ac patrem, qui eum genuerit. Minime autem eo adduci possum, ut eidem viro credam, rillum alibi de sententia sua decedere deque divina generatione minus recte sentire. Respicit enim ɔrnerus illum locum, ubi Cyrillus, quum dixisset, non duos esse ingenitos neque unigenitos duos, sed ıum patrem ingenitum et unum genitum filium, ad aeternitatem generationis divinae transiens ita rgit: „Sermonibus cogitationibusque nostris multo celerius, ut quidem consentaneum est, generavit us. Nos enim, quum in tempore loquamur, tempus consumimus; ubi autem de divina potestate rmo est, temporis expers (ἄχρονος) est generatio" (cat. 11, 14); — ubi D. ex verbis „multo celerius rmonibus cogitationibusque nostris" non dubitat conjicere, Cyrillum de generatione divina cogitasse de „actu singulo" (praetereunte?)[13]). Sed fingamus, nihil ad nos ex operibus Cyrilli rvenisse nisi ea, quae memoravi verba, tamen in iis nihil deprehendi posse judico, quod verae ɔctrinae repugnet. Tantum enim abest, ut Cyrillus hoc loco quoddam temporis spatium in generatione ivina admiserit, ut verbo „temporis expers (ἄχρονος)" addito omne tempus ab ea removerit.

---

[11]) Cat. 7, 4: „Patris nomen sua ipsius appellatione simul et filii notionem animo subjicit, quemadmodum qui filium ɔminavit, statim etiam patrem cogitatione complexus est. Si enim pater, omnino filii pater est; et si filius, omnino patris lius . . . Simul atque pater cogitatur, una et filium cogitemus (ἅμα τῷ νοεῖν πατέρα νοήσωμεν καὶ τὸν υἱόν); ım filium inter et patrem nihil prorsus eorum, quae sunt, medium interest (οὐδέν ἐστι μεταξύ)".

[12]) Dorner, Entwicklungsgesch. der Lehre von der Person Christi II, 861.

[13]) L. c.: „Doch findet sich auch Entgegengesetztes, so wenn er sagt, weit schneller als wir denken oder sprechen können, habe er Vater den Sohn gezeugt; hier ist die Zeugung doch wieder als ein einzelner Act vorgestellt".

Quam ob rem si dicit, „multo celerius etc.", vel *κατ' ἄνθρωπον* loquitur, eadem fere dicendi r utens qua Moses (Ps. 90, 4) et Petrus (II, 3, 8: unus dies apud dominum sicut mille anni et anni sicut dies unus), vel, quod mihi quidem magis placet, generationem divinam ita in vult aeternam, ut ne mente quidem humana temporisque spatiis subjecta apte convenienterque cogitari possit. „Nos enim, quum in tempore loquamur, tempus consumimus; ubi autem de potestate sermo est, temporis expers est generatio." Quin etiam ex ea opera, quam Cyril aeternitate generationis confirmanda navat, effecta mihi videtur illius imaginis rejectio, qua auctores ecclesiastici ad illustrandam patris et filii in generatione rationem non dubitaverunt a et verbo hominis repetere. Quam quidem Cyrillus non solum reprobat, quia mens in nobis sub verbum autem, quum fuerit enunciatum, propria existentia careat, sed etiam, quia mens prior e unde posterius verbum procedat labiisque prolatum diffluat; „nos autem novimus, Christum natun verbum, non prolatitium (*γεννηθέντα λόγον, οὐ προφορικόν*), sed verbum subsistens et vivens, sempi e patre genitum, teste apostolo: in principio erat verbum" (cat. 11, 10). Quid, quod Cyrillus iterum iterum et quavis occasione oblata ad probandam aeternitatem filii revertitur, ut nullum fere fidei christ dogma reperias, quod in catechesibus studiosius latiusque excusserit et contra haereticos defen quod quidem nemini mirum videbitur, qui non nesciat, hanc ipsam quaestionem ab Arianis vel ma in controversiam vocatam esse, ita quidem, ut divinitatem filio non magis auferre se posse puta quam aeternitate negata, neque catholici divinitatem magis tueri, quam aeternitate defensata. Lo est, innumerabilia, quae praesertim in catechesibus X—XII (de uno domino Jesu Christo, de fili unigenito, de Christo incarnato) nobis occurrunt, hujus dogmatis testimonia colligere et propo illud unum adjicio, quod catecheta de persona Jesu Christi disserens facere non potest, catechumenos admoneat, ne ex eo, quod filius humanam naturam assumpserit, ipsum credant ori initium habuisse; nam „filius quidem Davidis est in consummatione saeculorum, dei vero filius omnia saecula sine initio. Et illud quidem assumpsit, quod non habebat, hoc autem, quod ha sempiterno habet ex patre genitus. Atque illud quidem, quod secundum Davidem est, tempori subji et contrectatur et prosapiam habet, quae recenseatur; quod vero est secundum deitatem, neque tem obnoxium est neque loco neque genus habet, quod recenseri possit" (cat. 11, 5). „Non enim, q in Bethlehem natus est, tunc esse coepit, sed ante omnia saecula ... Ne attendas ad eum, qui m ex Bethlehem ortus est, verum adora eum, qui sempiterno ex patre genitus est. Ne quemquam pati qui temporale filii principium dicat, principium enim filii temporis nescium, principio carens, p est" (cat. 11, 20. cf. cat. 12, 4). Sed ut jam paucis dicam: quaecunque ad filium dei pertinent, aet esse docet, generationem, dominium, sedem a dextris patris occupatam, vel ipsum sacerdotium (4, 7. cat. 11, 17. cat. 14, 7, 30. cat. 10, 4, 5, 9).

4. Ut omni tempore, ita etiam omni defectu divina generatio, qua filius ab aeterno ex p prodiit, vacare a Cyrillo dicitur. Etenim „non ex passione factus est pater ... non deminutus, alteratus ... Pater perfectus perfectum genuit filium, omnia tradens ei, quem generavit" (cat. 7. Alia enim humanae et terrestris, alia divinae generationis ratio est; quod enim in terra gigni „imperfectum nascitur temporisque profectui et incremento subjectum est, sed filius dei perfectus natus; quod enim nunc est, id jam a principio est, natus absque initio" (cat. 11, 7). Quod ita si negas, infirmitatis patrem accusas; nam „si hic imperfectum generavit, qui temporis proc perfectionem assecutus est, id, quod tempus postea largitum est, tua sententia genitor ab initio dedit" (cat. 11, 7). Constat igitur, generationis divinae hoc proprium esse, ut „neque generans re deminutus sit, neque desit quidquam genito ... Non enim in temporibus genitus est, sed a saecula genitus, non ex profectu auctus, sed hoc ipsum natus, quod nunc est (cat. 11, 13). Ne

r deum generans deitate ipse spoliatus est vel quidquam ipse deperdidit imminutus vel mutatus, ıe ille, qui genitus est, defectum ullum habet; perfectus est, qui genuit, perfectus, qui genitus est; ʒ est, qui genuit, deus, qui genitus est" (cat. 11, 19).

5. Jam satis multa vel plura potius, quum necesse fuit, testimonia attulisse mihi videor, e quibus le cognitu est, e mente Cyrilli filium propria et aeterna generatione ex patre sine omni defectu itum esse. Ita quum judicaret quumque verae generationi hoc proprium inesse intelligeret, ut id, d nascitur, praeter alia eandem cum genitore naturam habeat, res ipsa eum monuit, ut ad verba ıboli ecclesiae Hierosolymitanae recurrens profiteretur, „filium esse deum de deo genitum, vitam ·ita genitum, lucem e luce genitum, aeternum ex aeterno genitum, similem per omnia genitori *οιον κατὰ πάντα τῷ γεννήσαντι*)" (cat. 4, 7. cat. 11, 4, 8—9, 18)[14]. Quid vero? Nonne forte ex ximis hujus loci verbis quispiam conjecerit, Cyrillum ab Arianis quidem longissime abesse, ıiarianos autem quos vocamus in doctrina de filio secutum esse? Tantum enim aberat, ut illi ,vissima Arianorum placita probarent, ut profiterentur, filium deum esse ex deo natum et patri natura ıilem (*ὁμοιούσιον τῷ πατρί*)[15]. Sed quis est, qui doctrina Semiarianorum bene perspecta et cum rillo comparata non statim videat, similia quidem verba esse, sententias autem diversas. Illi enim ;uralem filii cum patre similitudinem ita acceperunt, ut, plena divinitate soli patri attributa, filium ;ri non aliter aequalem esse dicerent atque imaginem ad exemplum patris expressam, neque divinitatem tris in se habere, sed effigiem tantum et speciem ejus reddere; Cyrillus vero plenam patris divinitatem am filio sexcenties attribuit iisque ipsis locis, quibus filium dixit patri similem, disertissime ımissimeque docuit: „Deus verus quum sit pater, similem sibi genuit filium deum verum" (cat. 11, -9), qui „patrem in se ipso habet" (cat. 11, 17) et „nihil desiderat, quod ad divinitatis dignitatem sit" (cat. 4, 7). „Credimus igitur in filium dei unigenitum deum verum; verus enim deus non nerat falsum" (cat. 11, 14). „Nihil igitur deitatis characteres in filio differunt, quapropter qui visione ii dignus habitus est, idem ad videndum genitorem evectus est" (cat. 11, 18). Accedit, quod ·miariani opinabantur, patrem vel sine filio existere posse et filium voluntate patris libera procreatum se[16]); Cyrillus autem utrumque tam arte conjungit, ut alter sine altero nec esse nec cogitari possit, generationem filii tam accurate a liberis dei operibus distinguit, ut persuasum habeat, patrem non eatorem esse posse filii, quem genuerit, neque genitorem mundi, quem creaverit (cf. supra n. 1). —

Neque majoris momenti mihi videntur ea esse, quae Cyrillus de aeterno filii sacerdotio protulit[17]). egari quidem non potest, Arianos, quo magis filii dignitatem minuerent, eo studiosius sacerdotium l ipsum verbum divinum, catholicos contraria de causa ad Christum incarnatum detulisse. Sed rimum catecheta mihi hac de re nihil aliud docuisse videtur, nisi quod in sacra scriptura invenit,

---

[14]) Monere juvat, omnibus his locis a Cyrillo non dici *ὁμοιούσιον τῷ πατρί*, sed voce *οὐσία* neglecta, *ὅμοιον ατὰ πάντα τῷ πατρὶ τὸν υἱόν*. Notum est, hanc sententiam, „*τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ ὅμοιον εἶναι κατὰ πάντα*" ostea a Semiarianis in formulam Sirmiensem tertiam vel potius quartam receptam esse (a. 359). Cf. Hefele l. c. p. 700 sqq. ed hinc non licet concludere, Cyrillum, qui duodecim fere annis ante, quam haec formula componeretur, catecheses habuit, ım Semiarianis stetisse.

[15]) Cf. Euseb. demonstr. evang. IV, 15. V, 1. Schwane l. c. II. p. 169 sqq.

[16]) Euseb. l. c. IV, 3. V, 1.

[17]) Cat. 11, 1: „(Christus) non profectu quodam ad sacerdotium evectus est, sed acceptam a patre aeterne habet ıcerdotii dignitatem". Cat. 10, 14: „Christus est summus sacerdos, non transferendum habens sacerdotium; qui neque in ·mpore sacerdos esse coepit, neque alterum habet pontificatus sui successorem. Quemadmodum vos die dominica in synaxi udivistis illud: „Tu es sacerdos in aeternum"; non ex corporea successione adeptus pontificium, neque factitio oleo unctus, ·d ante saecula a patre". Cf. cat. 10, 4.

cujus huc pertinentes locos (Ps. 110, 4. Hebr. 7, 17) sic interpretatus est, quasi filius cum gener aeterna simul et sacerdotium aeternum a patre acceperit (cat. 10, 11); deinde in eadem sent qua Cyrillum esse videmus, multi non solum ante concilium Nicaenum, sed etiam postea patres fu qui omni suspicione haeresis Arianae carent[18]). Ceterum Cyrillus solam dignitatem sacerdotii ae filio attribuere videtur, reliqua autem, quae cum sacerdotio conjuncta sunt, munera ac negotia inf ab eo removere. Certe difficile intellectu est, quomodo fieri possit, ut filius patrem adoret, qu una et aequali adoratione conjungendus est (cat. 10, 10. cat. 11, 17); ut supplicet patri is, ad prophetae illud referendum est: „In te supplicabant, quoniam in te deus est, neque deus est pr te“ (cat. 10, 16); ut sacrificium offerat filius, cui ab omni servitute alieno omnia serviunt sicut (cat. 8, 5). — Alii sunt, quos equidem levitate et negligentia quadam eo adductos esse credid ut Cyrillum in suspicionem haeresis Semiarianae vocaverint. Quod enim catecheta dixit, patrem caput et principium filii, filium autem patrem pro deo suo habere (cat. 11, 14. cat. 13, 23. cat. 19—20), hoc aliter, atque a Cyrillo dictum est, accipiunt et ita interpretantur, ut Cyrillum fa docentem, filium patre vel natura et divinitate inferiorem esse[19]); quamquam ex ipsis Cyrilli v luce clarius apparet, patrem non dignitate et natura, sed sola origine respecta filii caput, princip deum esse. „Etenim non duo sunt principia, sed caput filii pater unum est principium; pater genuit deum verum“ (cat. 11, 14). Originis vero ratione habita, omnes fere patres et theologi fi patre minorem, vel ut rectius dicam, patrem filio majorem (principium, caput, fontem, aucto appellarunt, quum nemo non pro certo habeat, patrem cum filio naturam divinam communicare.

6. Sed satis jam verborum est, jamque vereor, ne diutius in explicandis singulis locis remoratus sim, qui probant illud Gregorii Nazianzeni (ep. 26), non magis ex hoc vel illo verbo q ex sententiis literisque scriptorem interpretandum esse. Ut uno argumento Cyrilli doctrinam de dei ad finem adducam et comprehendam, vix meliora verba reperire possum quam ea, quibus i ipse sub finem catechesis de filio dei unigenito habitae adversus contrarias quas jam saepe significavi haereses fidem suam in hunc modum pronuntiat: „Vides deum filium, habentem in semeti deum patrem, fere idem dicentem, quod dixit in evangeliis: ‚Pater in me est et ego in pa (Joh. 14, 11). Non ait, pater sum ego, sed pater in me est et ego in patre. Rursum non dixit, et pater unum sum, sed ego et pater unum sumus; ut neque abalienemus, neque filio-paternit confusionem faciamus. Unum, propter divinitatis dignitatem[20]), si quidem deus deum gen Unum, ratione regii imperii habita; non enim in alia dominatur pater, in alia vero filius, sed in q dominatur pater, in eadem dominatur et filius. Unum, quum nulla sit dissonantia aut separatio; n

---

[18]) Cf. Polycarp. ep. ad Philipp. 12. Clem. Alex. strom. II, 9 sq. Ambros. de prof. III, 16. Schwane l. c. 1

[19]) Cf. Dorner l. c.: „Leichte semiarianische Anklänge sind noch, daß er den Logos den ewigen Hohenpriester, den Vater ἀρχή der ganzen Gottheit, die auch das Haupt des Sohnes sei, nennt“.

[20]) Ex hac naturali patris et filii unitate et aequalitate facile pernoscitur, omnia ea, quae naturae divinae pro sunt, non minus deo filio quam deo patri attribuenda esse. Quemadmodum igitur natura patris omni creaturae inexplicab est (cat. 6, 5 sqq.), sic etiam substantia et generatio filii a sola trinitate comprehenditur (cat. 11, 12 sq.); velut divini patris tanto splendore est, ut, si quis eam intueretur, statim vitam amitteret (cat. 9, 1), ita etiam filius, quum ad homi descenderet, majestatem naturae divinae humana carne velare debuit, ne patefacta tota divinitate periremus (cat. 10, cat. 12, 13); sicut de deo patre melius dicimus, quid non sit, quam quid sit (cat. 6, 2. cat. 9, 2), ita etiam de filio ejus generatione et angeli et homines non illud perspicere possunt, quomodo revera genitus sit, sed solum, eum non ita genit esse, quemadmodum mente intelligimus (cat. 11, 11); velut solius dei est, nullo loco includi, sed ubique immenso m adesse omniaque contueri (cat. 4, 5. cat. 6, 7), sic etiam filius eadem immensitate omnibus locis adest et occultissi videt cogitationes (cat. 14, 30).

aliae patris voluntates, aliae filii. Unum, quod non sunt alia Christi opificia, alia patris; una nim omnium creatio ... Deus igitur verus est filius, habens in seipso patrem, non in m mutatus; non enim pater hominem induit, sed filius" (cat. 11, 16—17). — Ligna mihi in silvam viderer, ut Horatii verbo utar, si huic argumento multa verba adderem, quibus fusius latiusque nstrarem, Cyrillum revera, personarum videlicet confusione repudiata, accurate sollerterque ionem vocis *ὁμοούσιος* vocabulis idem significantibus clarius expressisse ... et publicatam Nicaeae ı ad verbum interpretatum deum verum de deo vero praedicasse"[21]).

III. De divinitate spiritus sancti.

1. Quaestionem de spiritu s. cum doctrina de filio dei explanata ita esse connexam, ut hac stabilita psa illa consistat, hac collapsa et illa dilabatur, a nullo non intelligitur et historia comprobatur. madmodum ecclesia Christi a primis inde incunabulis in professione ss. trinitatis personam spiritus adem divinitate et majestate cum patre comprehendit ac filium, sic jam antiquissimis temporibus retici fuerunt, qui quae prava sentiebant de filio, etiam in spiritum s. transferrent. Jam Ignatius tyr (ep. ad Trall.) plures commemorat, quorum alii filium et spiritum s. cum patre confunderent, filium et spiritum s. a divinitate patris excluderent numeroque angelorum creatorum haberent, demque errores sequentibus quoque saeculis renovatos et excultos esse et alterum quidem in ellianam, alterum in Arianam haeresim exiisse, progrediente commentatione nostra saepius nstravimus. Atque Ariani quidem, quum omnem impetum in filium dei converterent, spiritus s. ab io nullam mentionem fecerunt, unde et patres synodi Nicaenae nihil fere de spiritu s. constituerunt, in articulo symboli apostolici: „(credo) et in spiritum s." acquiescentes omni virium contentione asserenda filii divinitate versati sunt; supervacaneum enim et inutile iis videbatur, de spiritu s. lta disputare, quamdiu dogma divinitatis Christi non esset in tuto collocatum. Attamen Arius quod universum docuit, tres personas inter se natura et majestate dispares esse, hoc certe ita intelligi luit, ut quanto filius patre, tanto spiritus s. sit (patre et) filio inferior. Satisne hoc ex eo conclusum letur, quod inter omnia, quae praeter deum reperiuntur, spiritu s. non excepto, quidquam creatum se negavit nisi per filium a patre ipsum ante rerum primordia creatum? Accedit, quod omnis qui citur subordinatianismus ipse ita fert, ut in ordine trium personarum quasi gradus quidam statuantur, ibus a deo patre ad inferiorem filium et infimum spiritum s. descendatur. Quo factum est, ut eresim Arianam vestigiis sequerentur qui dicuntur Pneumatomachi, quorum princeps fuisse traditur acedonius, qui quum ab Arianis defecisset et filium profiteretur natura patri similem (*ὁμοιούσιον τῷ τρί*), tamen spiritum s. (a patre) per filium creatum ejusque famulum ac ministrum esse docuit.

2. Quum ita res se habeat quumque quaestio de divinitate spiritus s. in ecclesia primaeva diu m illa, quae de filio dei agebatur, artissime conjuncta esset, nobis, qui s. Cyrilli de divinitate filii ctrinam orthodoxam jam exploratam habemus, vix necesse esse videtur, ex opere ejus catechetico, i dogma de spiritu s. popularibus atque usitatis verbis exponitur, singulos locos colligere et componere,

---

[21]) Theophanes, Chronogr. Cf. cap. I. p. 8. not. 20.

unde argumenta de divinitate spiritus s. eruamus. Neque dubitamus, quin attentus lector, qı memoria retinet, quae supra de trinitate attulimus documenta, simul et meminerit, Cyrillum re spiritum s. et filium ubique eodem loco et ordine habere eodemque studio et animo tum person filii et spiritus s. proprietatem contra Sabellianos, tum contra Arianos naturalem eorum cum] aequalitatem unitatemque defendere. Quapropter spiritum s. non solum longo intervallo a rebus cr earumque angustiis et officiis separat atque eximit, verum etiam in ipsa trinitate, cui nihil alie creati sit admiscendum, eum comprehendit et expleta divinae naturae et generationis cognitione, quidem creaturae omnes careant, eademque divinitate, efficientia, praesentia et adoratione ea, qua est deum colere, cum patre et filio conjungit[22]). Ac ne quid relinquat, quo ignorantes perduci pos ut spiritum s. ex divino trium personarum ordine in inferiorem detrudant, inter spiritum s., c tertiam deitatis personam credimus, et alios quos vocamus spiritus, v. gr. animam humanam et ang magnum discrimen servat, catechumenos praemonens, ne similitudine nominis decepti nominatos i confundant et spiritum s. in spiritibus creatis numerantes a veritate deflectant (cat. 16, 13 s „Ascende enim cogitatione tua usque ad coelum et contemplare tam multa, quae ibi exstant innumera angelorum millia; si vales, cogitatione ad altiora pervola et conspice archangelos, virtutes, princip thronos, dominationes: quorum omnium paracletus est praeceptor et sanctificator. Nulla rerum creata ipsi honore par; nam omnia angelorum genera et exercitus simul collecti nullam cum spirit similitudinem aequalitatemque sustinent. Illi quidem in ministerium mittuntur, hic vero scrutatur e profunda dei“ (cat. 16, 23). „Unus“ igitur „est spiritus s. paracletus, quemadmodum enim unus pater neque est secundus pater, et sicut unus est unigenitus filius et verbum dei, fratrem non hab ita unus est spiritus s. neque alter spiritus ipsi honore par“ (cat. 16, 3. cf. cat. 4, 16. cat. 16, cat. 17, 2). Qualis autem ille honor, quo spiritum s. nullus alius adaequare dicitur, a Cy intelligatur, id quidem jam ex proximo superiori loco, ubi spiritus s. una cum patre et filio, del omni ac discrimine dignitatis remoto, in divina trinitate ponitur, facile nobis apparere videtur, opt vero ex iis locis pernoscitur, quibus „spiritus s. cum filio divinitatis paternae particeps“ (6, 6) et „cum patre et filio divinitatis gloria honorandus esse“ legitur (cat. 4, 16)[23]). Qu Cyrillus catechumenos jussit „et in spiritum s. credere et rectam de eo sententiam habere“ (cat 16), rectam fidem sine dubio intellexit eam esse, qua cum patre et filio simul et spiritus s. deus crediur. Imo vero etiam praecipuam illam et peculiarem spiritus s. proprietatem ac virtut sanctificationem dico rerum a patre per filium creatarum (cat. 4, 16. cat. 16, 3. cat. 17, 2), sanctificandi vim sacramentis inhaerentem ex ipsa divinitate spiritus s. deducere videtur. Certe quie „vis omnia sanctificans et deifica“[24]), quae ubique spiritui s. tribuitur, solius dei propria est, ne „sacrum chrisma nisi praesente divinitate spiritus s. donarium Christi et spiritus s. efficiens redditur“ — Ut divina substantia ita etiam qualitates facultatesque divinae spiritui s. adscribuntur, v

---

[22]) Vid. supra I. n. 2 sqq.

[23]) Cf. cat. 16, 3: „*Ἔστιν οὖν τὸ ἅγιον πνεῦμα μεγίστη δύναμις, θεῖον καὶ ἀνεξιχνίαστον*“.

[24]) Cat. 4, 16: „*Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ πάντων ἁγιαστικὸν καὶ θεοποιόν*“.

[25]) Cat. 21, 3: „*Τὸ ἅγιον τοῦτο μύρον . . . Χριστοῦ χάρισμα καὶ πνεύματος ἁγίου παρουσίᾳ τῆς αὐ θεότητος ἐνεργητικὸν γινόμενον*“.

otentia[26]), immensitas[27]), simplicitas naturae cum diversitate operum conjuncta[28]), utriusque nenti institutio[29]), largitio omnium gratiarum aeternaeque salutis[30]).

3. Plenam hanc divinitatem[31]) cum omnibus ejus qualitatibus a Cyrillo non minus spiritui s. patri et filio tribui, nemo certe mirabitur, qui cum illo de origine et processione spiritus s. ntit. Licet enim catecheta hac de re nusquam fere proprie diserteque disputet, tamen dubitari potest, quin spiritum s. ex ipsa substantia patris et filii procedere crediderit. Ubi enim de variis s et rationibus disserit, quibus tertia deitatis persona spiritus s. appelletur, ibi ex plurimis illis, is etiam reliqui patres spiritus sancti e patre filioque processionem comprobare solent, sacrae turae testimoniis (Matth. 10, 20. Rom. 8, 9, 14. Ephes. 3, 14. Gal. 4, 6. Phil. 1, 19. I Petr. 1, 11. 5. 9) demonstrat, eum tam patris quam filii spiritum esse (cat. 17, 4), neque tamen hac de a divisum vel diversum, sed „unum atque eundem spiritum s.“ esse (cat. 17, 5); — quod non mus quomodo profiteri potuisset, nisi spiritum s. a patre et filio „tamquam ab uno principio et a spiratione procedere“ (conc. Lat. IV.) putasset. Sed est hujus rei etiam gravius hoc testimonium: pater quidem dat filio, et filius communicat cum spiritu s.“ (cat. 16, 24). Ex quo primum hoc aret, filium idem, quod ipse a patre accepit, in spiritum s. transtulisse. Atqui illud, quod pater dedit, nihil aliud esse quam ipsam divinitatem per generationem in filium transfusam, non est l pluribus exponam, praesertim quum catecheta ad explanandam sententiam suam notissimum illud isti afferat: „Omnia mihi tradita sunt a patre meo“ (Act. 8, 2), quod quidem constanter ad aeternam erationem refert (cat. 7, 5. cat. 10, 9. cat. 11, 10). Si ergo filius idem, quod ipse a patre accepit, stantiam inquam divinam, cum spiritu s. communicat, per se jam intelligitur, etiam spiritum s. dem ipsam substantiam sive divinitatem ex patre per filium ducere, hoc est, spiritum s. ex patre filium (sive a patre et filio)[32]) procedere. Negat autem Cyrillus, ut quidem aequum est negare,

---

26) „Omnipotens (παντοδύναμος) in donis“ (cat. 16, 22) et ex sua ipsius potestate (αὐτεξουσιαστικῶς) agens 16, 14) spiritus s. est, qui per apostolos et diaconos tam multa mirabilia edidit (cat. 17, 21 sqq.), aquas baptismales anctitatis replet (cf. cat. 19—20), chrisma ex communi elemento sanctum reddit (cat. 21, 3), panem et vinum in corpus anguinem Christi convertit (ibid. cf. cat. 22).

27) Spiritus sancti proprium est, cum patre et filio ubique praesto esse (procat. 15. cat. 15, 24. cat. 17, 5) omniaque eri, vel latentes cujusque sensus et cogitationes, et quidquid in orbe terrae ab hominibus bene agitur, efficere tum trando mentem tum voluntatem movendo, et angelos in diversis coelis constitutos docere ac sanctificare (cat. 16, 22—23).

28) Quod patri natura eximium inest, „quum simplicis sit substantiae (μονοειδῆ τὴν ὑπόστασιν), innumerabiles n operationes emittere“ (cat. 6, 7), id de filio (cat. 10, 5) iisdemque fere verbis de spiritu s. repetit, qui, „quum unus implex et individuus sit (ἓν ὂν καὶ μονοειδὲς καὶ ἀδιαίρετον), unicuique gratiam tribuit, sicuti vult, et multas tes efficit“ (cat. 16, 3. cf. cat. 4, 16. cat. 16, 25. cat. 17, 3—5).

29) Ut „divinitus inspiratae veteris et novi testamenti scripturae nos docent, unum esse utriusque foederis deum, qui stum in novo patefactum in veteri praenuntiavit“ (cat. 4, 33), ita Cyrillo exploratum est, „spiritum s. in lege et hetis, in veteri et novo testamento locutum esse (cat. 4, 16. cf. cat. 11, 12) et per prophetas de Christo praedixisse 16, 2) et novum testamentum in ecclesia catholica excitasse“ (cat. 17, 29).

30) Cf. cat. 14, 22. cat. 12, 1. cat. 16, 15, 17. cat. 17, 13.

31) Omnibus quibus jam usi sumus s. Cyrilli de divinitate spiritus s. argumentis id accedit, quod ex catechesibus fere afferri potest, quo divina spiritus s. majestas minui videatur. „Wenn der h. Cyrill einmal sagt (cat. 16, 21), daß h. Geist für uns bei Gott intercedire, so will er nicht mehr behaupten, als der Apostel, dessen Worte angeführt werden: der eist rufe in uns durch seine Gnade die Seufzer und Gebete hervor“. Schwane l. c. p. 165. De adoratione spiritui s. debita e solemni ejus in ecclesia et in catechesibus invocatione cf. cat. 3, 3. cat. 19, 7. cat. 21, 3. cat. 16, 25. cat. 17, 34.

32) Filium a spiratione tertiae personae Cyrillo judice minime excludendum esse, ex eo facile intelligitur, quod eodem (cat. 16, 24) argumentum sumitur ex verbis illis Christi: „Ille (sc. spiritus s.) me glorificabit, quoniam ex meo accipit“ . 13, 2), quibus omnes fere patres tam Graeci quam Latini spiritus sancti a filio processionem probaverunt.

spiritum s. hanc ob rem existentia substantiali et proprietate personali carere; „non enim ab c labiis patris aut filii loquendo spiritus s. profertur aut efflatur neque in aërem diffunditur, substantialis est, loquens ipse et operans et dispensans et sanctificans, quum indivisa sit videlic concors unaque salutis erga nos dispensatio patris et filii et spiritus s., sicut et antea diximus" 17, 5). Aliud quidquam de via ac ratione hujus processionis Cyrillus non magis dicere audet, „naturam vel substantiam spiritus s. sollicite perscrutari" (cat. 16, 24), neque, respecta sola magni est momenti; nobis sufficit cognovisse, eum etiam hac in quaestione a doctrina ecclesia nihil recedere et haeresim Pneumatomachorum, quam catecheses ejus duodecim fere annis antece valde abhorrere.

Nihil igitur nobis obstat, quominus commentationi nostrae jam finem faciamus, eundem v commilitones humanissimi, ex ea fructum proventurum esse confidentes, quem catecheta Hierosolymit auditoribus suis imprecatur, „ut ex tota de trinitatis mysterio habita oratione firmiorem fidem percij in unum deum, patrem omnipotentem, in Jesum Christum dominum nostrum, filium ejus unigeni in unum spiritum s. paracletum" (cat. 17, 35).



